

Il lessico usato è relativo al capitolo XV, si dà, però, per conosciuto l'uso dei tempi presente, imperfetto.

De Pygmalione¹

Pygmalion vir Graecus erat, cui magna pecunia, non parvus numerus amicorum et multi servi erant. Ille, autem, feminis, quas improbas et superbas esse putabat, amorem vel amicitiam non dabat. A Pygmalione, arte² sua, multae res mirabiles³ conficiebantur⁴ et cotidie⁵ enim pulchra signa⁶ ipse faciebat, quae non signa, sed homines vivi esse putabantur ab iis qui ea spectabant. Saepe⁷ Pygmalion cives in tabernam suam vocabat, pulchra illa signa ostendens, et dicebat: «Venite, viri et feminae! Pulchra haec signa aspiciate: nonne putatis has res totam artem meam vobis monstrare?». Ergo non solum viri sed etiam feminae Graecae, cum ad Pygmalionis tabernam adibant, multis verbis eius signorum pulchritudinem⁸ laudabant, dicentes: «O Pygmalion, quod dicis verum est: tua signa maxime pulchra sunt! Ea pulchriora sunt quam ipsae deae!». Olim Pygmalion signum formosissimae puellae, quae aureum⁹ capillum, caeruleos¹⁰

¹ *Pygmalion, -onis* = Pigmalione.

² *Ars, artis* = arte, tecnica, abilità manuale.

³ *Mirabilis, -e* = maxime pulcher et formosus.

⁴ *Conficio, -is, ĕre* = facere.

⁵ *Cotidie*: ogni giorno.

⁶ *Signum, -i*: statua.

⁷ *Saepe* = spesso.

⁸ *Pulchritudo, -inis*: bellezza.

⁹ *Aureus, -a, -um* = aureo, dorato.

¹⁰ *Caeruleus, -a, -um* = color caeli.

oculos, rubra labra habebat, conficiebat; et id amare incipiebat. Nocte dormire non poterat, quia omnium hominum in terra maestissimus¹¹ erat: nam illud signum spirare, ambulare, canere, ludere cum eo non poterat; neque respondebat Pygmalioni, qui amorem suum mane et vesperi ei dicere non desinebat. Cotidie Pygmalion deorum templum petebat; illic, dum utramque manum ad caelum tollit¹², deos deasque orabat¹³. Spes¹⁴ ei erat deos molliri¹⁵ posse: nemo inter homines, deus tantum, illi signo vitam dare poterat. Post paucos dies Pygmalion ad suam tabernam it, intrat in cubiculum ubi illud puellae signum tenere solebat, sed nihil prater sellam et mensam videt; considens, exclamat iratus: «Ubi est malus fur qui amorem meum capiebat et nunc secum eum tenet?»; atque diu¹⁶ lacrimat. Subito¹⁷ formosissima femina ad eum accedit, quae aureos capillos, caeruleos oculos, labra rubra habet et cuius corpus veste candida operitur; illa Pygmalioni, e sella surgenti, «Iam non signum», inquit, «sed puella vera sum: laetus es!». Pygmalion lacrimas tergit antequam puellae manui et brachis osculum dat et multum gaudet, quod iam apud se verum amorem habet. Post brevissimum tempus eam puellam uxorem ducit¹⁸.

(Delia)

¹¹ *Maestus*, -a, -um = contrarium est *laetus*, -a, -um.

¹² *Tollo*, -is, -ĕre = sollevare, rivolgere verso l'alto.

¹³ *Oro*, -as, -are = pregare (NB - Non confondere con i sostantivi *hora*, -ae o *os*, -oris).

¹⁴ *Spes*, -ei = speranza.

¹⁵ *Mollio*, -is, -ire = addolcire, rendere favorevoli.

¹⁶ *Diu* = a lungo.

¹⁷ *Subito* = all'improvviso.

¹⁸ *Ducĕre uxorem* = sposare (detto di un uomo).